

De primo gradu huius ascensionis
qui est in timore quomodo videlicet
cor nostrum per timorem abstrahitur
a noxia affectione et inhesionem.

Capl. xvi.

Quoniam igitur cor tuum adeo concu-
piscenciarum illecebris incumbit.
ipsis ita affixum et impressum ut vix
possit auelli. fugens inde mel noxie
delectacionis et lac noxue refectio-
nis oportet ut amaritudine quadam hec re-
spergas. sicut solent femine puulos
ablactantes ubera sua respergere re-
bus quibusdam amaris. ut gustata
amaritudine auertant se ab uberum
dulcedine et tandem uberum obliui-
scantur. Ita oportet ut cor tuum timor
domini rebus amarissimis impleat Verbi
gracia. Plenus es mundi concupiscen-
tijs. carnalibus vicijs. toto desiderio
anxelas ad altum statum. ad gloriam mundi

Difficile est tibi carere tibi delicatis .
graue est tibi despici vilipendi ⁊ c .
Veniat timor dñi in cor tuū . respogat
omnes huiusmodi rerum dulcedines
quibusdā amaritudinibus . pponens
tibi et terrenis te et ostendens q̄ cito
ois mūdāna delectatio transit . quāq̄
magnam et inexplicabilem penam p
qualibet inordinata delectacōne quā
libet modita sis recepturus . quamq̄
seuere et terribiliter adueniet iustus
iudex super hys te puniturus . Hys et
similibus oportet cor tuum amaricari
ac timore concuti et terrore pturbari .
et ita violenter a suis delectatiomb⁹
donec earū obliuiscatur auelli . Itaq̄
noli negligere ex huiusmodi et simili
bus meditacōnibus facere quoddam
lixiuū . qd̄ licet sit amarum . est tamē
mirabiliter malorum humorum . id est
concupiscenciarum purgatiuum quo

pungas seu laues omnem delectatio-
nem mundi et facile eam respues et
abominaberis . territus amaritudine
qua eam punxisti . **V**t autē hoc gen⁹
genus lixiu qđ ex timore cōpunctio
appellatur quociēs placuerit cōficere
possis . ecce modum describimus confi-
cendi .

Quod cōpunctio q̄ ex timore nascitur
varie et diuersimode in exeratio et
meditacōne potest assumi . **Ca . xvij .**

Compunctio ex timore multiplicat
nascitur . Primo cū quis pecca-
ta sua preterita ad memoriaz reducat
et quantū deum offenderit . quantāq̄
penam meruerit anxie recordatur . et
inde tremens ac timens amarissime la-
crimatur . Secūdo cum quis defectus
pprios passiones anime et desideria
noxia adhuc in se et si non regnantia
agitantia tamen et vexantia diligent